Als
Der Hoch-Edle / Vest / Hochgelahrte und Hochbenahmte

HERR

Herr George Hübener

Der Königl. Stadt Thorn hochverdienter ältister Bür-
ger-Meister / wie auch des Gymnasii daselbst
hochansehnlicher Protoscholarcha &c.

Seine einiggeliebte Ehleibliche Jungfer Tochter /

Die Edle / Hoch-Tugendbegabte

Jungfrau Anna Elisabeth

mit (Tit. pl.)

Herrn Jacob Eckarden /


E.E. Raths in Thorn wolverordnetem Secretario,
am 5. Jan. dieses neu-angehenden 1700. Jahres feier-
lichst vermählen ließ /

Wolten

Ihre schuldigste Gratulationes mit einigen Freuden-Zeilen abstatten

des Gymnasii

Rector und Professores Publ.



THORN /
Gedruckt in eines Hoch-Edl. Raths Druckerey.

Te, Domina, alloquor.

NOn poterit donare tibi mea Musa monile
Auro contortum, niveam narrabo Coronam
Virtutum altarum, quam casto pectore gestas
VIRGO, cara Deo, Veræ Pietatis Imago.
Ille ego sum qui Te librabam sæpius ulnis,
Et blandis scivi verbis compescere fletum,
Utens liminibus Magni Genitoris amicis.
Natæ non licuit dulcis sermone parentis
Præceptisque frui. Sacros explere labores
Sponte Pater voluit. Nutrivit sedulus ignes,
Quos implantavit teneræ natura benigna.
Dum petiit surgens divina Habitacula sacræ
Justitiæ, vigilans præeuntem cura secuta est.
Fecit iter? Currum atque rotas pia cura secuta est.
Felicem curam! sequitur quam copia fructus.
Naturæ dos est facies generosa, vel aula
Regum, vel superum non indignissima Regno.
Exornent alias torques, superaddis honorem
Torquibus ipsa tuis. Pietas insignibus alma
Te munit. Sacrum Davidis Carmen ab ore
Currit. Regrediens templis nec inania tractas,
Sed quæ exaudisti pulchrè divina recenses.
Non vidi speciem vultus orisque ferocis
In Te. Sic docuit Te vivere dura Parentis
Et Cura & Pietas veluti peperisset amavit
Te. Pietate Parens parvæ fuit illa, fuisti
Filia Tu Pietate tua. Certastis amore
Filia perficere an Mater præscribere plura
Posset. Nunc avidi subeas, *castissima Virgo*,
Jura tori. Excipias hoc Donum, *Sponse*, polorum
Sede, datum domus una dedit cunabula vobis.
Sponse, domus fecit stillent tua pectora doctis
Quod nimbis, justum Te quòd stipare Senatum
Cernant. Quid restat? *Soceri reverere penates.*
Nullus eo tibi sit major. Concordia limen,
Certa fides teneant, thalami lætentur amores.
Natum redde Patri. Nil ultra posco Poeta.

JOHANNES REZIK P. P.
cujus omnia inclytæ Domui
Hübenerianæ Sacra sunto.